Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi, Explanatio Catechismi Catholici

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Qua sit vtendum industria premente aduersitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

Visual Library

qui nemini non ſuccurrit in tentatione conſtituto, ac in ſe fidenti, iuxta fidele eius, omnique acceptione digniſſimum verbum, *Inuoca me in die tribulationis & exaudiam te*, & Pſal. 49.
alibi *cum ipſo ſum, in tribulatione eripiam eum, &* Pſal. 90.
glorificabo eum; ac proinde deuote, inſtanter ac magna cum fiducia tibi orandum memineris.

X L V.

QVA INDVSTRIA VTENDVM cum premit aduerſitas quæcunq;?

PRimum veluti ſaluberrimus fructus diſcenda patientia eſt. 1.

Secundò, calamitatem qua cum luctatur, 2.
Chriſtianus faciat humilitati exercendæ deſeruire, ſponte ſua ac hilari animo, *omne quod appoſitum ſibi fuerit* (ſicut ait ſcriptura) de manu Domini accipiendo, ſeque grauioribus flagellis nihil dubitet digniſſimum.

Tertiò, ex ipſis quibus vrgetur malis phi-
loſophetur, quam ſit ipſum peccatum exi- 3.
tiale, ac modis omnibus deteſtandum, ex quo veluti læthali fonte quicquid ſiue in terris vſpiam, ſiue apud inferos malorum eſt, ſcaturit.

Quartò gratias agat, qui quem recipit filium caſtigat. 4.

Poſtremò in fœlicitatis loco reponat pa- 5.
tienti atq; afflicto Chriſto conformem fieri.